Oratio.

Deus, qui nos beáti Stéphani, Mártyris tui atque Pontíficis, ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ut cujus natalítia cólimus ✠ de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus : Per.

DIE III. AUGUSTI.

IN INVENT. CORPORIS S. STEPHANI PROTOMART.

SIMPLEX.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Antiphona Osténdit sanctus Gamáliel., ut infra; ℣. Glória et honóre., de Communi unius Martyris; Oratio Da nobis, quæsumus Dómine, imitári., ut infra.

❧ Ubi vero hoc Festum Totum Duplex fuerit, dicatur super Psalmos Antiphona Lætábitur., de Communi unius Martyris; Ps. Laudáte púeri., ut in Totis Duplicibus.

Capitulum. Act. 6.

Stephanus autem plenus grátia et fortitúdine : faciébat prodígia et signa magna in pópulo.

Responsorium j. toni.